Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Registratura Maximilliani - Cod. Aug. pap. 13

Maximilian <II., Heiliges Römisches Reich, Kaiser>

[Reichenau], 1563-1566

Martius

urn:nbn:de:bsz:31-84715

Visual Library

M · D · LXVI :



ARTIVS :

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Maximilianus &c.

741

Oratori Romæ,

XCIII.

Magnifice fidelis Nobis dilecte. Innumera planè et digna sunt memoratu, quæ Rmum in Chro patrem D. Ottonem S. R. E. Cardinalem Episcopum Augustanum, amicum nostrum charissimum per se comendatum Vniuersæ Christianorũ Reipub. et laudatũ plus satis reddant, atq; efficiant, vt eius Rmæ Paterlis nulla etiam nostra commendatione accedente S. quoq; B. Pont. Max. singulariter gratam esse, atq; suam Stem illius rebus fortunis et dignitati prouehendæ sumẽ fauere confidamus. Etenim ut taceamus modo eius Rmæ Paterlis, acceptæ à maioribus suis longè nobilissima et antiquissima Sueuiæ prosapia ortis, ijsdemq; S. Rom. Imperij Dapiferis hæreditarijs et Baronibus liberis claritudinis amplissima merita, quorum uel Guilhelmi, qui Rmæ eius Plis pater fuit, in Catholica Religione conseruanda pietas et Zelus feruentissimus, et Geor:

gij

gij eiusdem Consanguinei in arcenda nouissima rustico:
rum S. R. Imperij rebellium, et hæreticorũ exitiosissima
seditione, militaris opera strenuè interposita, in recenti adhuc
multorum versantur memoria: Spectata est propria eius:
dem R.mæ Par.tis virtus pietas, et in comũnis Reipub. Chri:
stianæ vtilitate procuranda non minor animi alacritas,
quàm peritia et prudentia, quibus gentilium suorum p:
clare gesta non feliciter solum assecutus, sed et multis in
rebus longè exuperasse animaduertitur. Nam in religione
primum Catholica asserenda, quid non malorũ patientissi:
mè pertulit, quando R.ma Pater.tas sua Castris aliquot
et villis suis exuta, et ad cæterarum fortunarũ suarũ
grauissimam iacturam, exilium quòq; et vitæ demũ peri:
cula plurima subeunda seditiosorũ hominũ, insidijs, ma:
chinationibus, nefarijs, dolis, vindictæ cupiditate, pro:
pulsa et redacta, Religionis tamen Veræ causam semel
susceptam, tantum abest, ut unq̃ deseruerit, vt etiam
ardentiori et constantiori multo deinceps animo sit pro:
secuta. Literariæ deinde Reip. prouehendæ quantũ

eiusdem

eiusdem Rma Paternitas studeat et incumbat, testatur abundè Celeberrimũ illud ab ipsa conditum Dilingæ Collegium et Academia, ex qua frequentiores indies Theologi excellentissimi prodeunt Ecclesijs desolatis hinc inde pie et sollicitè prospicientes et inseruientes. Quæ cum ita sint, equidem ualdè sumꝰ admirati, Virum tam benè de Sancta sede Apostolica meritum ex antecedentium Sumorũ Pontificum beneficentia et liberalitate tam pusillum hactenus retulisse. Dignam itaq; omni fauore et gratia Ptem eius Rmã literis quidem nris S. D. Pont. max.o de meliori nota comendauimus, quæ ut fructuosiores ẽt cedant, tibi pterea Clemẽter imponimus ut reuocatis S. Sti in mentem, q̃ supra retulimus, coram uiuo sermone comendationem nostram, qua potes, summa fide, studio, et diligentia iuues et adaugeas, quo uel nunc tandem Rma eius Ptus tantorum suorum meritorũ præmiũ utpote gubernũ uel aliquid aliud eiusmodi emolumẽtum ipo dignũ à S. Sta haud grauatè consequatur. Egeris in hoc ex benigna nra uolũtate, q̃ in te semper solet esse propensissima Datũ Augustę 3 Martij 66.o

Maximi.

Maximilianus &c.

742° Oratori Venetijs procuraturum, vt Ludouicus Picus duos pardos illinc comodius huc adducat:

Lodouicus Picus Mercator, onus in se humiliter suscepit Pardos duos, quos Venetias non ita pridem allatos esse intelligimus, isthinc ad nos aduehendi. Quam operã ut is Nobis commodius nauet, volumus illi (nisi forte ipsum aliquid fraudulenti. uel quoad Pardos, uel eorum deductionem eo prætextu agere senseris) abs te quoq; quicquid adiumenti et consilij poterit, beneuolenter subministrari. In eo gratum abs te officium pstatum clementer agnoscituri. Datum Augustæ 3ª die Martij Anno M.D.LXVI.

743° Literæ passus pro Lodouico pico duos Pardos Venetijs huc adducturo.

MAXIMILIANVS &c. Lodouico Pico p: sentium latori qui pardos duos Venetijs ad Nos adducturus est, tutum et impeditum passim iter esse Clementer cupientes, A Vris proinde Dil: et Deuot^bus cle:

menter

menter petimus. Vobis vero qui nostram Jurisdictionem ag:
noscitis, omnino mandamus et iniungimus, ut eundem Lodo:
uicum cum curribus duobus, quibus iamdicti pardi ferā:
tur, et ministris suis euntem, et proficiscentem terra ma:
riq; libere et secure progredi patiamini, Quin et, cum
necesse erit. pardis eiusmodi cōmodius prouehendis
currus, equos, et similia in id profutura, iusto delato
p̄cio, benigne et beneuolenter suppeditari procuretis ꝑ
Quam re Vrae quidem Dilp̄nes et Deuotp̄nes ꝑ Datae
Augustae 3ª Martij Anno ꝑ M. D. LXVI.

Maximilianus &c.

744° Ad Oratorē Romae cōmendatitia pro Abbate
Brisegno, priā oblata opportunitate ad Cardinala:
tus dignitatem promouendo.

Magnifice fidelis nobis dilecte. Pro benignitate ea singu:
lari, quam erga R̄dum Abbatem Brisegno, tam suo, quam
eius coniunctorum nobis acceptissimorum merito, semel con:
cepimus; statuimus etiamnū in satagenda eiusdem ad Cardi:
nalatus dignitatem promotione, de qua S.us D.s Pont.ex Max.us
Pius IIII.ty felicissimae me: spem non dubiam nobis fece:

rat

rat, quantum quidem authoritate et intercessione nr̃a interpo:
sita iuuari potest, ipsi Clementer cumprimis adesse. Vo:
lumus itaq̃ omnino te communi opera cum Nobili fideli
dilecto Camerario nr̃o Joanne Keffenhüller ab Aichlperg
apud S. D. P. M., quàm poteritis studiosissimè et eni:
xissimè nostro nõie satagere et instare, vt, si ulla ratio:
ne fieri possit Sua S.tas ipso Camerario nr̃o isthic p̃:
sente p̃fatum Abbatem uoti sui cõpotem benignè faciat,
vel si id modo nequeat, saltem inter primos à se crean:
dos Cardinales ipsum Clementer annumeret et designet.
Ages aũt in hoc ex benigna nr̃a uoluntate, quæ in te est
semper propensissima. Datæ Augustæ Vindelicor̃
4.ta Martij Anno ꝯ M. D. LXVI.

Maximilianus &c.

745° Ad Oratorem Romæ

V

Cum Illu. Principem, amicum nostrum char.mũ Dn̄.
Vbaldum Vrbini et Pisauri Ducem ꝯ Romam prope:
diem sub Quadragesimæ nimirum medium aduenturũ

certò ac:

certo accipiamus: equidem etiamnũ hortandum te Clemen:
ter duximus de comendanda nr̃o nomine suæ Dilg.mi iterato
Mag.ci fidelis nobis dilecti Camilli Comitis Castilionei causa
antea tibi copiose perscripta, ut Comes quidem nostram sibi
intercessionem nulla non occasione suppeditasse illius uerò
Dilg.tis eiusdem Comitis res et fortunas magis ac magis cordi
nobis esse p̃clariùs et abundantiùs intelligat: Satages itaq;
et procurabis coràm omni studio, fide et sedulitate apud
eundem Illus.mum Ducem isthuc uenientem ut sua Dilg.tis
nunc tandem tam sæpe iteratæ nr̃æ intercessionis, et insig:
nium insuper Castilioneæ familiæ meritorum beneuola ra:
tione habita, dicto Comiti tamdiu frustra speratam
Castri sui Nubilariæ possessionem cedere benigne ue:
lit. Sumus enim ipsi quoq; in hoc pristini eiusdem
Dilg.tis erga Nos studij et amoris synceri officium nobis
p̃stitum beneuolenter agnituri, gratia et beneuolentia
nr̃a cumulatè quandoq; compensandum. Tu uerò in
hoc feceris ex Clementi nr̃a voluntate, quam tibi con:
stãtem semper conseruamus. Dat. Augustæ 4ta
die. Martij Anno ꝑ M.D.LXVI.

Maximi:

Maximilianus &c.

746° Memoriale pro Joañe Keuenhüller.

Memoriale pro Nobili fideli dilecto Camerario nr̃o Joanne Keuenhüller ab Aichlperg, eorum quæ is seorsi à principali à Nobis accepta Instructione Romæ apud S. D. Pont. Max.um nostro iussu expediat.

Primum quidem interpositam nr̃am apud Suam S.tem pro R.mo in Christo patre Dn. Ottone S. R. E. Cardinali et Epõ Augustano com̃endationẽ opera com̃uni cum Mag.co fideli nobis dilecto Consiliario et oratore nr̃o Romæ agente Prospero Archi Comite corã ita prosequetur et iuuabit uiuo sermone, vt sua S.tus intelligat ex animo nos cupere eiusdem R.mæ Pater.tis res fortunas et dignitatem pro merito eius felicius euectas, et planè gratissimũ nobis accessurũ, quicquid sua S.tas liberalitatis et beneficentiæ in eius R.mã P.tem contulerit.

Deinde curæ quoq; sum̃æ et singulari idem Camerarius noster habebit Reuerendi deuoti nobis dilecti Abbatis Bri:

tis Brisegni de Cardinalatu ei consequendo negotium, quod p̄fato quoq; Oratori nr̄o satagendum literis com̄endamus, neq; ulli proinde operæ studio et sedulitati parcet, qua eidem Abbati sperata tamdiu dignitas, à Sua S.te uel nunc tandem impetretur. Agnoscemus aut̄ Clementer in his quoq; gratum obsequij erga nos tui soliti officium, ab eodem Camerario nr̄o p̄stitum. Dat. Augustæ 4.ta Martij Anno ꝯ M. D. LXVI.

Maximilianꝰ &c.

747 Oratori Romæ

Delatum ad Nos est suppliciter Doctum fidelem nobis dilectum Wolckerum Coiter Germanū, Medicinæ Doctorem et aliâs Chirurgiæ in Gymnasio Bononiensi professorem religionis causa, quam Lutheranam profiteretur, non ita pridem Bononiæ in Carcerem coniectum esse eo instituto, ut inde Romam captiuus propediem quoq; deduceretur: Quia vero is de cætero Vitæ probatæ et inculpatæ semper fuisse, studia p̄terea sua,

et artem

et artem medicam, non praxi solum exercenda, sed et do:
cendo publice in comunem usum Bononiæ aliquandiu fi:
deliter contulisse perhibetur, accedant p̄terea pro hoc mul:
torum insignium Virorum apud Nos interpositæ sollicitæ
com̄endationes, Nos certe insperata hac eius fortuna
sinistra benigne moti, apud S. D. Pont. Max.um nr̄a ipsū
intercessione iuuandum clementer suscepimus. Tibi itaq̄
mandamus benignissime, ut eundem Wolckerum, si modò
dimissus nondum est, Carcere eo quamprimum liberarj
apud Suam S.tem sum̄o studio et sedulitate nostro nomine
procures et satagas, atq̄ ea in re pergratum nobis paterni
eius erga nos amoris testimonium Nos reuerenter agni:
turos eidem Suæ S.ti testaberis; Acturus in hoc pro
clementi nr̄o iussu, et tuum nobis obediendi studium pri:
stinum quo nr̄am tibi benignitatem singularem deuicisti,
p̄clare contestaturus. Datū Augustæ Vindelicorum
die 4.ta Martij Anno 2c̄. M.D.LXVI.o

746° Ad Cardinalem Tridentinum

Maximi:

8 Maximilianus &c. Rmo in Chro Patri &c. Studium istud eximium, obseruantiam et amorem, quem R. P. Vrã nulla non occasione tam accuratè et copiosè nobis contestatur, accipimus eo, quo merentur animo, hoc est benignissimo et beneuolentissimo, qui R. P. Vrãe eo constantior à Nobis conseruatur, quo maior indies eiusdem erga Nos accrescit animi deuotio. Pergratum aũt et illud nobis cũ primis accidit, quod Rma Ptas Vrã de S. D. Pont. Maxi pietate et prudentia plenis, et ad Vniuersæ Christianæ Reip. vtilitatem potissimũ spectantibus conatibus et institutis ad Nos perscribit, tametsi de his simul et de paterno et syncero planè eiusdem erga Nos affectu iamantea non obscura in eius Sto indicia animaduertimus, ut plane spe optima simus, Christianitati pia ista eiusdem Sanctis Suæ cura et sollicitudine pclarè iri consultum. Itaq; Rma Paterstas Vrã certò sibi pollicebitur Nos istam eius erga nos propensissimam uoluntatem et obsequendi desiderium non benigna solum memoria semper recolituros, sed et illi beneuolentia nrã singulari abundè ẽe responsuros. Valeat eadẽ R. P. feliciter. Augustæ VIIa Martij. LXVI.

Maximi

Maximilianus &c.

749° Ad Ascanium de la Cornia.

Mag.ce Syncere nobis dilecte. Sensisse te iamantea arbitramur, quæ nostra in te sit benignissima uoluntas, quæ etiamnũ eo tibi paratior est, quo tui in Nos obsequij et obseruantiæ certiora indies agnoscimus testimonia. Et quidem ingenuum istud institutũ tuum operam hoc tempore militarem Ser.mo Hispaniarum Regi ꝓ patrueli nr̃o charissimo in expeditione Melitensi nauandi Clementer admodum comprobamus: gratum id non minus habentes, pro ea, quæ est inter Nos et eiusdem Ser.tem arctissima necessitudo, quam si nobis ipsis inseruias. Faxit modo Deus, quod unicè expetimus et Christianitatis extrema necessitas summè desiderat, vt felicia ea omnia eidem Serenissimo Regi ꝓ Succedant. Datæ Augustæ Vindelicorum VII.a Martij Anno ꝓ M. D. XXVI.

Literæ Com:

750°

566

Literæ comendatitiæ patentes pro Michäele Rally paleologo

MAXIMILIANVS &c Ser.mis Regibus &c.
Cum fidedignis quibusdam testimonijs acceperimus, qui has feret, Michäelem Rally Paleologum ex Imperatorũ Constantinopolitanorum familia ortum ducere, ex Turcarum aũt depdatione, et perpessis aliquot naufragijs, omnium suarũ fortunarũ dispendium eiusmodi fecisse, vt porro, quo in decrepita hac ætate sua vxorem et liberos, quos quinq; adhuc superstites habere se asserit, nutriat, nihil planè ei supersit: equidem Nos iusta in tam desolatum hominem pietate moti, non ipsi solum beneficentia nr̃a aliquatenus adiutum eum uoluimus, sed, et ut aliundè quoq; subsidium illi ad uitæ necessitatem esset, nostra quoq; comendatione prouehendum Clementer duximus. Quapropter Vr̃as quidem Ser.tes Dil.nes Deuotiones et Vos amanter beneuolenter et clementer adhortamur, ut et ipsi ex pio erga egentes affectu eundẽ Michäelem comendatum Vobis esse et beneficentia vr̃a gaudere benignè uelitis, Declarabunt in eo Vr̃æ Ser.tes Dil. et Deuotio.es et Vos pietate sua dignũ officiũ, quod Nos quoq; gratum sumus cumprimis habituri, mutua

beneuo:

beneuolentia erga ipsas libenter pensandum, in vobis vero clementer agnoscendum. Datæ Augustæ Vindelicorũ die XVIII. Martij Anno &c. M. D. LXVI.

Maximilianus &c.

751°

Ad Oratorem Romæ.

Michaëlem Rally Palæologum, ex vetusta (vt accepimus) Palæologorum Constantinopolitanorũ olim Imperatorũ gente oriundum, pro benignitate nra et pietate, quam illius extrema egestas, ex Turcarũ rapinis et naufragijs contracta nobis commouet, non ipsi solum benignissime aditum hinc dimisimus, sed et vt aliunde etiam illius fortunis adeousq; afflictis psidium aliquod amplius et S. D. Pont. Max. diligenter commendauimus. Quamobrem, vt ei tamen facilior et paratior ad illius Sm̃ impetretur aditus, Clementiusq; nonnihil excipiatur, te quoq; nro nomine ipsi fautorem et intercessorem beneuolum et amantem accedere, et qua potes, studio et opera summa in eiusdem Suæ Sm̃ liberalitate et munificentia abundantius illi conciliandã satagere clemen-

ter

ter volumus, Gratum in eo obsequij erga Nos tui officium benignissime agnituri. Datæ Augustæ XXVII Februarij Anno &c. M.D.LXVI.

752°

Summo Pontifici

Beatissime in Chrō Pater &c. Spectata Vrā San.tis in quoscunq; pietas, et bonos præsertim probatæq; vitæ homines quos non sua culpa, sed fortunæ iniquitas ad egestatem compulit, beneficentia sua iuuandi ac fouendi optima voluntas et propensio Nos potissimum mouit, vt eum, qui has ferret, Michaelem Rally Palæologum Vrā S.tē notiorem et cōmendatiorem nostra hac intercessione redditū imprimis cupiamus. Is aut (vt authentiis documentis, q Vrā quoq; S.tē humiliter exhibiturus est, apud Nos contestatur) ex antiqua illa et illustri Palæologorum Imperatorū olim Constantinopolitanorū prosapia originem ducit, verum naufragijs et Turcarū depræda tione ad eam rerum inopiam et miseriam redactus est, vt nihil penitus illi reliquum sit, ex quo decrepitæ suæ ætati, vxori item et liberis, quos quinq; vtriusq; sexus superstites

habere

habere se asserit, pro uitæ necessitate porro sustentandis consulat, Quas eius calamitates nos non immerito miserati, cum animaduersis ꝑsertim ingenuis eius moribus et vitæ honestate, q̃ digna meliore erant fortuna, ipsi quidem illum aliqua ex parte liberaliter et benigne iuuerimus, quod porro illius è re futurũ cognouimus, apud Vrã insuper S.tem etsi nullum apud nos est dubium, quin ipsa pio illo erga desolatos homines affectu ducta eundem Michaelem ad se uenientem et procidentem beneficentia sua sponte etiam Clementer prosecutura sit etamplexura, ut liberior tamen illi et expeditior esset ad Vrã S.tem accessus, his nris literis suffragari ipsi benigne uoluimus, quibus hoc saltem apud eandem Vrã S.tem effecturos confidimus, vt is munificentiam eiusdem Vræ S.tis et liberalitatem propter Nos cumulatiorem nonnihil et aburidantiorem experiatur. Quod certè unum modò à Vrã S.te impetratũ ipsi impense cupimus, in eo eiusdem Vræ Sanc.tis beneuolentissimi et uere paterni erga Nos animi officium nobis declaratũ reuerenter agnituri, mutuaq; obsequij filialis grata contestatione quacunq; in re possumus, sedulo compensaturi: Edet ꝑterea Vra S.tas spectatæ suæ

pietatis

pietatis insigne exemplum, cæteros etiam ad eadem pia egenis officia paratius conferenda non parũ excitaturũ. Quam Vrãm S.tem Deus &c. Datæ Augustæ Vindelicorũ XXVII Februarij Anno &c. M. D. LXVI.°



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg